



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

68. An ad Episcopatum sit præferendus Theologus Canonistæ? Ex part. 7.
tract. 12. & Misc. 3. resolut. 1 & ad pedem litteræ in eodem tract. res. 34.
Sed una tantum Resol. transcribitur,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

ad Canoniam Ecclesie Collegialis, de qua non loquitur Concilium.

5. Nota vero, quod post hæc scripta inuenio Castrum Palaui, tom. 6. disp. 6. punct. 9. num. 10. dicere, probabilis sustineri posse, quod Episcopus dispensare possit cum illegitimo Ordinato in factis bona fide, vt in susceptis Ordinibus ministret, quia per ipsam Ordinationem bona fide susceptam videtur ius aliquod ad vsum acquisiuisse; vt docuit Nauarrus, tit. de Filiis Presbyter. conf. 4. num. 2. & conf. 3. de atate, & qual. Ordinandor. ad secundam quest. Henriquez lib. 12. de Matrim. cap. 20. num. 2. & lib. 14. cap. 8. num. 10. Auila part. 7. disp. 3. dub. 7. vers. Sexto notandum. Paulus Layman, lib. 1. Summ. tractat. 5. part. 5. cap. 5. num. 2. fauetque cap. Lugdunensis 9. quest. 2. & ibi, Glossa. Quinimò non videtur improbabile, quod tradit Layman, posse inquam Episcopum dispensare cum hoc illegitimo, vt in susceptis ministret; tamen si mala fide Ordines Sacros suscepisset. Argument. cap. Nisi cum pridem de venuntiat. ibi: Licet irregularitatem non potuerit subicere; si tamen & culpa latet, & causa cum eo, qui laudabiliter suum impleuit Officium (in iuncta sibi poenitentia salutari) potest non minus vtiliter quàm misericorditer dispensari. Ita Palaus, cuius sententiam tenet etiam Escobar, in Theol. moral. tract. 4. Exam. 6. cap. 5. num. 70. Itaque, licet ego, vt dixi, circa propositam questionem, negatiua sententia adhaream; tamen contra Suarez existimo affirmatiuam nota improbabilitatis inuiri non posse.

6. Et ideo post hæc scripta inuenio hanc sententiam tanquam probabilem, præter Doctores citatos contra Suar. & alios, docere Pellizzarium in Man. Regul. tom. 2. tract. 7. cap. 5. sect. 2. num. 73. Qui etiam n. 70. tenet me citato, Expositos non esse irregulares, quoad Ordines; & ipse addit, & bene, etiã quoad Religionem; siquidem rationes adductæ pro Ordinibus, a fortiori probant intentum etiam de Religionem; itante, quod iura, quæ aliàs valde abundant in multiplicandis irregularitatibus, quoad Ordines, de facto non declarant Expositos esse irregulares, quoad Ordines, quin potius oppositum statuunt; & si id statuunt, quoad Ordines, multò magis dicendum est idem statuisse quoad Religionem; iuxta regulam: vbi militat eadem ratio, militat & eadem iuris dispositio. Quæ regula maxime habet locum, vbi agitur de extenuandis penis, atenta illa alia regula in penis benignior interpretatio semper faciendâ est. Et tandem notat etiam Pellizzarius vbi supra n. 71. quod tales illegitimi, causa graui virgente possint promoueri ad Sacros Ordines, etiam sine vlla dispensatione; si hæc peti, ac obtineri nequeat sine propria infamia, & parentum.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Refol. 32. §. Refat paulo post initium, à vers. Ad tertium & in aliis eius not. & quoad Religionem & consequentia præcæti §. sup. hoc supra in fine Ref. 64.

RESOL LXVII.

An Episcopi possint concedere Bullas cum potestate absoluendi à casibus sibi reservatis, & dispensare, & commutare in eis, que ipsi iure suo ordinario possunt? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 60.

§. 1. Negatiuè respondet Nauarrus conf. 18. lib. 5. de poenit. & remiss. & Rodriguez in addit. §. 1. num. 2. docent enim talem concessionem esse simoniacam iure saltem humano prohibitam, in qua nullus inferior Papâ dispensare potest, dispensat autem quando Cruciatam pro belli subsidio contra infideles concedit.

2. His tamen non obstantibus Henriquez lib. 7. de Indulgent. cap. 31. num. 1. in glossa lit. C. affirmatiuam sententiam docet, & ideo tenet posse Episcopos in Hispania & India, quæ distant à Papa, si ipse Papa

Bullam Cruciatæ non concederet, indulgere data Bulla ea quæ ad illorum facultatem extenduntur, & ita, ait, Episcopi Hispaniæ anno 1571. ad Regis instantiam concesserunt Bullas qualdam ferè similes Bullæ Cruciatæ circa peccata & censuras Episcopo reseruatas, & vt fieret compositio quædam pro incertis. Hæc Henriquez.

3. Et nouissimè Trullench. in exposit. Bull. Cruciatæ in proam. dub. 2. num. 4. cum his tamen limitationibus. Prima, vt Papa Bullam Cruciatæ non concesserit. Secunda, vt virgens & ingens necessitas esset. Tertia, vt pecunia quæ pro illius concessionem datur, nullo modo applicetur in vsus & necessitates ipsius Episcopi, sed in opus pium ad bonum commune spectans, quod probatur à similitudine etiam Concil. Trident. sess. 25. cap. 18. de reformat. prohibeat ne aliquod temporale in dispensationibus, tanquam illarum pretium recipiatur; nihilominus tamen potest Episcopus abque labe simoniæ, dum dispensat vota in quæ ipse habet potestatem, imponere onus largiendi elemosynas pauperibus, vel Monasterio, quia Tridentinum, vt aduertit Lessius lib. 2. c. 35. dub. 9. num. 57. tantum prohibet ne dispensans inde sibi aliquod temporale commodum reportet; ergo dum Bullam suam concedit Episcopus, poterit abque simonia illam concedere cum honore, vt præterit aliqua pecunia in bonum vniuersalis Ecclesie, vel particularis. Et ideo hanc sententiam absolute etiam tenet Perez de Lara in lib. vtrum Grauiarum, fol. 13. & fol. 94. refert D. Didacum de Espinosa Cardinalem & Episcopum Sigtuntinum instituisse & concessisse quendam Bullam, quam vocauit Carta y Bula de hermandad, y Confradia de nuestra santa fe Catolica, in qua concessit suam ordinariam facultatem, & multa priuilegia ac Indulgentias Confratribus hanc Bullam accipientibus; solutus tamen duabus drachmis in subsidium belli contra Turcas & Agrenos Regnum Granatense occupantes, & hæc omnia notauit Trullench vbi supra 3 & quia dictum Perez de Lara penes me habeo, ponam hic eius verba, sic itaque ait. La Santidad del Papa Pio V. en vn breue dado en Roma à 20. de Noviembre an. 1563. suspendio las Indulgencias de la Santa Cruzada y auendo por esso cessado la limosna que se sacava, y ofrecido se la guerra de la rebelion de los Moriscos de Granada para socorrerse de la limosna de los fieles, se junto el Cardinal Espinosa Obispo de Sigüenza Inquisitor general con muchos Obispos de los Reynos, y acordaron de hazer vna Carta y Bula de Hermandad concediendo à los que entrassen en ella y diessen la limosna señalada las Indulgencias, y gracias que ellos podian conceder por sus Prelacias en sus Diocesis, la qual se publico en estos Reynos el anno 1570. y se facio tanta limosna como se solia de la Cruzada. Sic ille, vbi postea per extensum ponit dictam Bullam. Sed circa dubium huius resolutionis de meo nihil ego dicam, solum referre volui quod alij dixerunt.

RESOL. LXVIII.

An ad Episcopatum sit preferendus Theologus Canonista? Ex parte 7. tr. 12. & Misc. Ref. 1. & ibi ad litteram in Ref. 34. Sed hic vna tantum Ref. transcribitur.

§. 1. Affirmatiuè respondet Petrus de Aragona de iust. quest. 63. art. 2. conel. 2. vbi sic ait: De scientia competet est speciale dubium, an Theologia reddat hominem magis idoneum ad Episcopatum dignitatem, quam Iurisprudentia. Hostiensis Abbas supra c. 1. de consanguinitate, & affinitate, quos etiam

Sup. hoc in tom. 4. tr. 1. Ref. 7. pe. finem vers. Sed eligendum etiam

etiam sequuntur alij Canonista suam rem agentes, dixerunt p[ro]fiteis temporibus, quando haeresis vige-
bat in Ecclesia Episcopos debuisse esse Theologiae
peritos, vt contra haeticos disputare, & eorum ar-
gumenta solvere optime scirent. At verò nunc vbi
haereses non vigent, iuris prudentes esse preferen-
dos, tanquam illi, qui de Ecclesiastica, & politica
gubernatione, quae praecipue est necessaria plus cal-
cent. Ceterum haec sententia meo iudicio non solum
est fallax, sed & periculosa, & Ecclesiae pernicio-
sa. Ita Aug. sed puto quod quando haec sententiam pro
Theologis propugnat Eminentissimus Lugo tom. 2.
de iust. disp. 35. sect. 2. n. 4. qui pro illa citat Vasq. &
Turtian. quibus ego addo Sotum de iust. lib. 2. q. 2.
art. 6. Caietanum in 2. 2. q. 183. art. 3.

1. Sed pro Canonistis non desunt etiam Theo-
logi, qui eorum partes tuentur, vt Henricq. Rodrig.
& Azor. quos citat, & sequitur Barbosa de potest.
Episc. part. 2. Alleg. 1. n. 30. Pro Canonistis etiam pu-
gantur plures alij quos citat & sequitur Bobadilla in
Politica tom. 1. lib. 1. c. 6. num. 14. & Cenedus ad De-
cretum Collect. 5. 1. m. 5. quibus adde Alzedum in Pra-
xi Episc. p. 1. c. 3. n. 25. & Lotterium de Re Benefi-
ciana lib. 3. q. 7. n. 96. & seq. Vnde merito dixit no-
uissimè Machadus de Perfecto Confess. tom. 2. lib. 4. p. 6.
tit. 1. decum. 3. n. 5. si el Theologo sea mas à proposito
para ser Obispo, que el Canonista, es questio grave-
mente controvertida entre los Doctores Theologos y Lu-
ricistas, defendiendo cada qual su partido. Ita ille; ra-
tiones pro vtraque parte videbis penes citatos Au-
ctores. Sed pro praxi quia video vt plurimum Episc-
pos neque praedicare, neque docere, idè vt plu-
rimum nihilino profuerint, & bono regimine Ec-
clesiarum magis ad Episcopatum promouendos esse
Canonistas, quam Theologos in his praeterim par-
tibus, in quibus non vigent haereses; non nego ta-
men sepius etiam Theologos Episcopali dignitate
condecorandos esse. Optatem tamen ex Theologis
& Canonistis sapientiores & digniores eligi, & in
hoc est difficultas, & non an Episcopus eligendus
debeat esse Theologus vel Canonista, eligitur vtiliter
vel Theologus aut Canonista, dummodo sit doctior,
& dignior. Ideo ad hunc effectum lustrandae sunt
Academiae, Collegia, Capitula Ecclesiarum, & Mo-
nasteria Regularium, & ex illis digniores eligendi
vtfaciebat Philippus II. non nego tamen in rigore
sententiam pro Theologis esse probabiliorè, quam
pateat Doctores citatos solidè confirmat Bañez in
2. 2. q. 63. art. 2. dub. 2.

RESOL LXIX.

De professio fidei possit fieri per Procuratorem Episcopi?
Et de fructuum restitutione in hoc casu etiam agi-
tur.
Et notatur, quod omittens infra terminum duorum
mensium professionem fidei amittit fructus; non re-
tenetur tamen illos restituere, donec condemnentur, seu
sequatur sententia declaratoria.
Et an non peccet mortaliter, si eam omittet per igno-
rantiam, seu inadvertentiam, neque tenetur fru-
ctus restituere in foro conscientia, etiamsi in foro ex-
terno fuerit condemnatus.
Et notatur, quod Episcopus non amittit fructus, si pro-
curator, cui mandatum est facere fidei profes-
sionem, non fecit illam, ipso nesciente absque
culpa. Ex part. 5. tractat. 14. & Misc. 2. Re-
sol. 23.

Tom. III

§. 1. Hic casus frequenter accidit, & affirmatiue
respondet Villalobos in summa tom. 2.
tract. 1. difficult. num. 86. vbi sic ait. Esta profes-
sion de la fe, y juramento se puede hazer por Pro-
curador, porque, regularmente hablando, lo que uno
puede hazer por si mismo, lo puede hazer por Pro-
curador, y en el Concilio no ay palabra que signifi-
que, que la deve hazer por si mismo. Mayor diffi-
cultad ay de la profesion que haze el eleito en Obis-
po, por las palabras de la comission que su Santidad
da, diciendo: Ne propter hoc ad Sedem Apostoli-
cam accedendo personaliter laborare cogatur, vo-
lentes parcere laboribus, & expensis, fraternitati
v[est]rae committimus, &c. Donde parece que el Pa-
pa da à entender, que es menester hazerla por si
mismo, como dize Sanchez con parecer de hombres
doctos y à mi me parece que lleva mucho camino; aun-
que el mismo refiere, que el Obispo de Malaga
estos tiempos la hizo por Procurador, en manos del
Obispo de Guadix, el qual refirió, que otro Obispo
lo avia becho por Procurador. Y assi estando en praxi
ca se puede bien seguir. Ita ille, qui praeter Sanchez
citat etiam Nauarr. & Azorium, quibus ego addo
Campanili in diuer. iur. Can. rubr. 8. cap. 3. num. 19.
Ricciu part. 4. decis. 8. Ioannem Mariam Noua-
rium in concl. iur. Pontif. concl. 114. n. 8. Ledesmam
in sum. tom. 2. tract. 1. c. 4. post. 10. concl. diff. 6. Ric-
ciullum lib. 1. cap. 13. num. 21. Lauorium in var. lu-
cubrati. tom. 1. tit. 4. cap. 22. num. 2. Tamburinum
de iure Abbat. tom. 1. disp. 8. quest. 3. num. 11. Mas-
sorbium tract. de Synodo Dioecelana, cap. 4. dub. 40. per
totum. Barbosam de potestate Episc. part. 2. alleg. 61.
n. 20. Castrum Palaum tom. 1. tr. 4. disp. 1. punct. 19.
n. 10. Viuianum in praxi iurif. lib. 15. cap. 3. n. 27.
Ioan. Ant. Nouarium in sum. Bullarum tit. de fidei
profess. n. 8. Gaunant in enchir. Episc. ver. fidei pro-
fessio, n. 32. & ratio est, quia ea, quae quis facere po-
test per seipsum, potest & per procuratorem, nisi à
canone, & lege aliqua limitetur, vt patet ex leg. 1.
ff. de procurat. & ex c. qui per alium, c. c. potest. quis
de regul. in 6. Item iuramentum potest praestari per
Procuratorem, & ex c. fin. de iur. calum. in 6. & idè
secundum hanc sententiam determinauit sacra Rota
in vna Varmien. Canoniceatus 13. Iunij 1608. coram
Cardinali Sacrato.

2. Verum his non obstantibus contrariam
sententiam docet Piafeci in praxi Episcop. part. 2.
capit. 5. artic. 3. numer. 90. Vgolinus de potesta-
te Episcopi, cap. 50. §. 16. num. 1. Venerus in exam.
Episcop. lib. 4. cap. 44. num. 3. Riccius sibi contrarius
in praxi tom. 4. resolut. 156. Plat. lib. 1. decis. 77.
Addition. ad Concil. Trident. è Bibliotheca Card.
Bellarm. sess. 24. cap. 12. num. 7. Additiones ad con-
sil. Nauarr. de iure iuran. Squillan. de obligat. Cleric.
part. 1. num. 91. Gonzales ad regulam Cancell. 8. §. 7.
num. 169. ver. similiter. Gratianus in disceptat. fo-
rens. capit. 166. num. 22. Gasias de benefic. tom. 1.
part. 3. cap. 3. numer. 75. Sigifmundus à Bonacina
de elect. dub. 10. n. 3. & alij, asserentes fidei profes-
sionem debere fieri per seipsum, & ita declarauit
sacra Congregatio die 18. April. 1590. teste Garfia,
& nouissimè die 12. Septembr. 1620. teste Barbasa
in summa Bullarum, ver. professio fidei 1. §. 2. Vnde si
constaret authenticè de supradictis declarationibus,
non esset recedendum ab hac posteriori sententia
propter magnam auctoritatem dictae sacrae Congre-
gationis, quae die 2. Augusti 1631. ex speciali iussu
D. N. Urbani VIII. mandauit, & praecipit his decla-
rationibus nullam fidem esse in iudicio, vel extrà à
quoquam adhibendam, sed tantum illis, quae in au-
thentica forma solito sigillo, & subscriptione
Eminentissimi Cardinalis Praefecti, ac Secretarij
Ff eiusdem

Sup. hoc in-
tom. 4. tit. 8.
Ref. 77. §. 2.
paulo post
igitum. à
verf. sed dif-
ficultat est.

PLANNIE
O. III. IV
E. III

Sup. hoc
tom. 4. tit.
Ref. 77. §.
paulo post
verf. sed
difficultat
est.